



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 93. Conjuratio feliciter detecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. proclives reddidit. Erant hi numero
A. C. 1623. quatuor, Geritzius, Hermanius, Ni-
 colaius, & Leonartius: His ceteri cæ-
 dis meditatæ focii cistam sicis, sclope-
 tis, pulvereque pyrio aliisque instru-
 mentis ad necem opportunis atque a
 Slatio coemptis instructam ad destina-
 tum diverforium Hagam transmitti pol-
 licentur, hancque in rem duos nautas
 conducunt, promisso sexcentorum flo-
 renorum stipendio, si ad egregium opus
 patriæ proficuum operam suam locare,
 præfatamque cistam ad diverforium *ad*
galeam dictum transportare vellent.
 Interim incognitis literis monentur
 Hollandiæ Ordines, esse quosdam si-
 carios. qui audax aliquod facinus exe-
 qui decrevissent. Præcipitur igitur se-
 dula in advenas inquisitio, constituto
 ei, qui sicarium deprehendisset, qua-
 dringentorum florenorum pretio.

§. XCIII.

Conjuratio feliciter detecta.

Newill. l. c. **C**onventum erat inter Sicarios, ut
 Mauritium Principem, dum Haga
 Risvicum exiguo comitatu stipatus pro
 more suo concederet, trucidarent, hanc-
 que in rem Slatius & Dickius solli-
 citi erant, ut criminis Ministri in
 vicinis diverforiis aut viis frequentes
 essent,

essent, utque omnem mali suspensionem a se amoverent, sine palliis, & sine armis deambulantes de rebus ludicris fabularentur. Nihil tamen profuit hæc cautela; insolita enim mercedis amplitudo, impositique silentii lex uni ex nautis latentis conjurationis suspensionem ingerebat; hic igitur Risvicum ad Principem Mauritium profectus, ex eo sciscitabatur, an forte ipse egregium opus patriæ oppido proficuum exequi meditaretur, illorum usus opera, qui dato largissimo præmio citam auro prægravem ei ad designatum diverforium deferendam commisissent? exin Mauritius, quod rei suberat, suspicatus, Hagam contendit, auctoque satellitio in conjuratos inquire, citamque aperiri jussit. Comprehuntur illico hi quatuor sicarii in diverforio egregie potantes, pluresque alii, atque inter eos præcipue Dyckius & Cornwinderus variis in locis intercepti ad carceres trahuntur; pari etiam sorte in manus Inquisitorum venire ambo Blansatii, Bontevalus & Guilielmus Pertius, Guilielmus vero Barnefeldius & Vander Duffenus noctis beneficio sese celeri fuga subduxere, quos etiam Reinierus Guilielmi frater, quamvis conscius quidem, non tamen criminis socius esset, inconsulto timore territus

Yy 4

seque-

Sæc. XVII.

A. C. 1623.

Sæc. XVII. sequebatur, a Slewienfi tamen Præto-
 Sæc. 1623 agnitus, Hagam captus abducitur: pa-
 riter Slatius nefarius ille Præco rusti-
 cano indutus habitu in diversorio
 a tribus militibus comprehensus, e
 fuga Hagam ad carceres trahitur.

§. XCIV.

Conjuratorum supplicium.

*Meteran. l. c.
 Neuvill. Hist.
 d' Holland.
 cap. x.*

Alterâ die quatuor illi ficarii in diver-
 forio comprehensi subjiciuntur quæ-
 stioni, producuntur sclopi & pagiones
 in cista reperti, tanquam prima con-
 spirationis testimonia; hi vero ad libe-
 randos duos Prædicantes Hagæ captos
 hæc arma fuisse destinata mentiuntur:
 verum tormentorum metu territi, cri-
 men fatentur, unde die vigesima septi-
 ma Februarii capite plexi, trunco in
 quatuor partes discisso periere. Die
 vigesima nona Martii Reinierus Bar-
 nefeldius, quod crimen non detexisset,
 tanquam læsæ Majestatis reus securi
 percussus obiit; credebatur ab omni-
 bus innocens victima, quam Hollandi
 Ordines Principis Mauritiï vindictæ,
 cujus flamma Barnefeldii Patris san-
 guine haud satis extincta erat, immo-
 lassent. Eadem die Cornwinderus,
 & Dyckius capite truncati sunt, cor-
 pore in quatuor partes discerpto. Tan-
 dem